

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ebrietas af  
cum fonte primo

Alexandrum cuius modo feci mencionem  
tot itinera, tot prelia,  
tot yemes per que uicta temporum locorumque difficultate transierat,  
tot flumina ex ignoto cadencia,  
tot maria tutum dimiserunt;  
intemperancia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis cyphus submersit.

Dic ergo quare sapiens non debeat ebrius fieri.  
Deformitatem rei et importunitatem ostende rebus, non uerbis,  
quod facillimum est.

Seneca ibidem (LXXXIII. epistola ad Lucillum).

Alexandrum, cuius modo feci mencionem,  
tot itinera, tot proelia,  
tot hiemes per quas uicta temporum locorumque difficultate transierat,  
tot flumina ex ignoto cadencia,  
tot maria tutum dimiserunt:  
intemperantia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 83.23  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.283, ll.19-23).

Dic ergo quare sapiens non debeat ebrius fieri;  
deformitatem rei et inportunitatem ostende rebus, non uerbis.  
Quod facillimum est,  
proba istas quae voluptates vocantur,  
ubi transcenderunt modum, poenas esse.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 83.27  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.284, ll.13-16).